

27. p. 28.

Ego in dei nomine Asbaldus has res, quas mihi domnus Athabaldus archiepiscopus ad hoc tradidit, ut ad Petrum et sanctos videlicet Cassium et Florentium vel ad refectorium fratrum illas tradidissem, dono ad ecclesiam vel reliquias iam dictorum sanctorum, quae est foras muros Bonnensis civitatis^a in loco nuncupato Basilica secus fluvium Gummia^b constructa seu ad refectorium, iam statorem^c fratrum ibidem assidue domino servientium, hoc est in pago Aualgauhinse in villa vel marca, quae dicitur Reide, ecclesiasticum curtilem cum ecclesia in honorem sanctae Mariae dedicatam etc. Actum est autem intra muros Coloniae civitatis^d sub die XIII. Kal. Mai. anno XIX. regnante domno Luduico gloriosissimo imperatore. Signum Asbaldi, qui hanc donationem fieri rogavit. Signum Miloni vicedomni. Willifridi presbiteri.

832 April 18.

28. p. 28. Donatio Lutfridi de Antinico.

Dono seu trado omnem rem meam et^e quicquid in Antinico vel in ipsa marca possessio mea fuit tam ecclesiam^f in curtilis quam in castriciis, in terris, araturiis, in pratis, in pascuis, aquis, aquarumve decursibus excepto illam terram, quam vendidi ad Asbaldum et ipsa sunt iugera duo anno primo deficiente Karolo.

814.

p. 29.

Et anno XXXII. regnante Karolo rege^g.

800. Auf S. 29 waren folgende Orte erwähnt: Geistinge, Aualgawe, ecclesia s. Martini in Bonna, Laciniaco, Odenhouen.

29. p. 30.

In nomine dei summi. Guntarius^h divina favente gratia Agrippinensis urbis episcopus filiis in Christo ipso videlicet episcopo vel omnibus fratribus in coenobio beatorum martirum Cassii et Florentii canonice institutionis norma degentibus, quod est in villa, quae dicitur Basilica, constructum etc. Actum est autem in coenobio sanctorum martirum praedictorum sub die Kal. Iul. anno XIII. regnante domno nostro Luthario regeⁱ. Signum Guntarii episcopi. Hilduini abbatis. Rutgarii prepositi etc.

854, Juli 1. — Cf. Lacomblet, Archiv II. 83. Beil. 2. — Auf S. 29 standen noch folgende Orte: Aualgawe, Odendorp, Hunnendorp (alle nicht bei L.)

a) 'Bonne. civitas' a. R.
 'iam fatorum' zu lesen.

b) 'Gumia' a. R.

d) 'Coloniae intra muros' a. R.

g) A. R.: 'A. 888'.

c) So steht deutlich da: es ist wohl 'et' übergeschrieben.

f) 'ecl.' am Rande.

h) A. R.: 'qui electus a^o. 854'.

i) A. R.: 'Anno 854'.